

omni multitudini et elegerunt stephanum vicum plenum fide et spiritu sancto et philippum. Actuum. vi.

Ministrantibus discipulis domino et ieiunantibus illis dixit uas spiritus sanctus segregare michi barnabam et paulum ad opus ad quod assumpsi eos. Actuum. xiii.

De fide.

Crederet abraham deo qui ei difficilem rem promiserat et reputatum est ei ad iusticiam Genes. xv.

Moses domino credidit usque ad aures contradictionis sed ibi aliquantulum dubitavit. Numeri. xx.

Dixit ionathas armigero suo non est difficile deo in multis saluare vel in paucis et postea victoriam habuit i. Regum. xlii.

Magna fidei habuit danielis qui contra goliath pugnaturus dixit tu venis ad me cum gladio et hasta ego autem venio ad te cum funda et lapide in nomine domini. h. Regum. xvii.

Dixit ioseph rex iuda exercituum suo ad pugnam congregare credite domino deo vestro et securi eritis. Paralip. xx.

Esdras scriba per magnam viam itur et periculosa noluit conductum a rege petere sed conuertit se ad orationem et ieiunium. Esdre. viii.

Uides neemias edificantibus piscinam imminere dixit de vestro pugnet pro nobis et nos ipsi faciemus opus. Mesmie. iii.

Moxime fidei verbum dixerunt socii daniel ad nabuchodonosor deus noster quem colimus nos potest eripere de camino ignis et de manu tua libera te. Danielis. iii.

Iudas se et suis amantibus dixit facile est multos concludere in manu paucorum et non est deum in conspectu dei in multis an in paucis liberare quia non in multitudine exercituum victoria bellica sed de celo fortitudo est. Mat. ii.

Nota de fide susanne. Danielis. ii.

Item de eleazar qui noluit comedere carnes porcinas. h. Machabe. vi.

Item de matre cum septem filijs. h. Machabeorum. vii.

zacharie dixit angelus quia non credidisti verbis meis et non potes loqui quousque hec fient. Luce. i.

Elisabeth beatum germen et matrem ihu mariam salutans comendavit dicens beatum que credidisti. Luce. i.

Nota de fide trium regum. Mat. ii.

Comendat a domino fides centurionis qui dixit domino non sum dignus et sequitur quod christus dixit non inueni tantam fidem in israel. Math. viii. et Luce. vii.

Multum potest valere fides propria si tamen valuit fides aliena paralitico videns enim fide illoem qui eum deposuerant ante illum dixit remittantur tibi peccata tua et statim sanat. Luce. v. Mat. ix.

Petrus ambulans super undas maris videns verum validum timuit et ideo dominus arguit eum dicens modice fidei que dubitasti. Mathei. xiiii.

Comendat a domino fides mulieris chananee quam dixit o mulier magna est fides tua. Mathei. xv. Mat. vii.

Item de fide magdalene. Luce. vii.

Nota de infidelitate thome apostoli Johannis. xx.

Quidam vir de aetate listris qui nunquam ambulauerat audiuit paulum predicantem paulum autem videns quod fide haberet dixit ei surge super pedes tuos rectos etc. Actuum. xiii.